

III.
NEOVIDENSIS

Nro. 99. (*Neovidensis* 1806. Nro. 93.)

Ex Campis Elysiis

Dissertatio Politica

De magno Judaeorum Synedrio Parisiis
celebrato.

Mysiu m.-Meum.- Die Mart isa. Decembr. 1806 (Neov. 18. Nov.)

Congrega mihi 70 viros de senioribus Israel.
Num. C. I. v. 16.

Ex hoc textu deducunt eruditi Synedrion, seu conventum jam ante Moysem fuisse institutum. Ejus socer, Jetro auctor ei fuit, ut deligeret 70 seniores, qui in partem regiminis vocarentur. Sub Moyse igitur usi sunt Judaei forma imperii monarchica, quam aliquo tempore ante Christum natum Gabius transformavit in Aristocratiam. Magnum Synedrion habebatur semper in templo, erantque eorum deinde 5.

Verum Herodes summa imperii potitu interficiendos curavit, quos metuebat. Omnia conventus membra occisa sunt, excepti Pollione, et Samea, quorum Josephus Hillel, et Schomai meminerunt, et quorum praecipua fit mentio in Talmude. At post eversionem templi Hierosolymitani nullum fuit amplius congregatum magnum Synedrion.

Nunc magnum concilium, uti notum est, Parisiis habetur, de cujus fine, ac mediis Moguntinae ephemerides sequens continent scriptum. Meretur illud legi, et diligenter expendi; ista autem habet:

Dum procella temporum vasta concutit regna; et minus cohaerentia separat, fit experimentum, quomodo possent dispersae conspicuae quondam nationis reliquiae colligi, illisque accommoda crescenti in dies culturae forma tribui. Incertum quidem est, an in hac politica mutatione designatio sublimioris naturae se cito, vel primo tardius sit manifestatura, attamen finis humani hujus experimenti patet, verum ejus executio in dubium vocatur.

Sollicitudo haec fundatur in speciali cum natura hominis aegre admodum conciliando spiritu theocratico Judaismi. Intellectus, qui praecipuam partem hominis constituit, semper proficit, conatur universa comprehendere, seque supra haec terrena, et materialia attollit. Ex consideratione hujus consensionis cum spiritu humano vaticinatus est auctor Christianae religionis aeternam durabilitatem divinae suae doctrinae. Quemadmodum proprietates Christianae religionis est, ut sit catholica, ita spiritus Judaismi tendit in particularia cujusdam nationis. Quae de causa religio Christiana, et spiritus temporum inter se miscebantur. Judaismus autem sibi magis constabat, quapropter eruditus interpres sacrarum litterarum Christianae

religionis potissimum debet intellectum convincere, qui vero exponit hanc nationalem religionem, praecipue res gestas populi Israelitici prae oculis habere. Regnum Christianorum non est de hoc mundo, politica autem et religiosa Judaeorum negotia ob formam regiminis theocraticam inter se junguntur.

Quaestio jam oritur: An Judaei debeant manere judaei intuitu suae religionis, cessare vero ratione civilium negotiorum? Hic rhodus, hic salta.

Ut hanc resolutionem mihi faciliorem reddam, lubet assumptam similitudinem continuare.

Philosophici theologi, ne principium perfectionis Christianae religionis labefactent faciunt distinctionem inter sensum figuratum, et litteralem. Et nonnulli hunc figuratum tanquam hominibus impervium agnoverunt. Non possetne hoc documento esse doctioribus de populo judaico, qui convocati sunt ad erudiendos suos fratres? Sed etiam hic occurrit mira varietas. Ipse Christus aperit mysteria suae religionis, quae templa, et altaria non Hierosolymis, aut Samariae collocat, sed in animo unius cujusque veritatem, et virtutem amantis, et tamen polemicae vigent controversiae inter Theologos, quorum philosophici sensum mysticum, dogmatici autem litteralem propugnant. E contrario in religione Mosaiica spiritus, et littera non differunt, externa referuntur ad interna, finis ejus ultimus spectat terrena, nulla habetur ratio intellectus. Eapropter Mendelsohnus, cui procul dubio

Nunc magnum concilium, uti notum est, Parisiis habetur, de cujus fine, se mediis Moguntinae ephemerides sequens continent scriptum. Meretur illud legi, et diligenter expendi; ista autem habet:

Dum procella temporum vasta concutit regna; et minus cohaerentia separat, fit experimentum, quomodo possent dispersae conspicuae quondam nationis reliquiae colligi, illisque accommoda crescenti in dies culturae forma tribui. Incertum quidem est, an in hac politica mutatione designatio sublimioris naturae se cito, vel primo tardius sit manifestatura, attamen finis humani hujus experimenti patet, verum ejus executio in dubium vocatur.

Sollicitudo haec fundatur in speciali cum natura hominis aegre admodum conciliando spiritu theocratico Judaismi. Intellectus, qui praecipuam partem hominis constituit, semper proficit, conatur universa comprehendere, seque supra haec terrena, et materialia attollit. Ex consideratione hujus consensionis cum spiritu humano vaticinatus est auctor Christianae religionis aeternam durabilitatem divinae suae doctrinae. Quemadmodum proprietates Christianae religionis est, ut sit catholica, ita spiritus Judaismi tendit in particularia cujusdam nationis. Quae de causa religio Christiana, et spiritus temporum inter se miscebantur. Judaismus autem sibi magis constabat, quapropter eruditus interpres sacrarum litterarum Christianae

religi
vinc
religi
litici
noru
et rel
gim
mane
vero
dus,
dam
facti
ciun
et l
tanq
Non
de p
dien
mira
suae
Hier
anin
ama
ver
ci s
rale
Mo
tern
spe
Eap

religionis potissimum debet intellectum convincere, qui vero exponit hanc nationalem religionem, praecipue res gestas populi Israelitici prae oculis habere. Regnum Christianorum non est de hoc mundo, politica autem et religiosa Judaeorum negotia ob formam regiminis theocraticam inter se junguntur.

Quaestio jam oritur: An Judaei debeant manere judaei intuitu suae religionis, cessare vero ratione civilium negotiorum? Hic rhodus, hic salta.

Ut hanc resolutionem mihi faciliorem reddam, lubet assumptam similitudinem continuare.

Philosophici theologi, ne principium perfectionis Christianae religionis labefactent faciunt distinctionem inter sensum figuratum, et litteralem. Et nonnulli hunc figuratum tanquam hominibus impervium agnoverunt. Non possetne hoc documento esse doctioribus de populo judaico, qui convocati sunt ad erudiendos suos fratres? Sed etiam hic occurrit mira varietas. Ipse Christus aperit mysteria suae religionis, quae templa, et altaria non Hierosolymis, aut Samariae collocat, sed in animo unius cujusque veritatem, et virtutem amantis, et tamen polemicae vigent controversiae inter Theologos, quorum philosophici sensum mysticum, dogmatici autem litteralem propugnant. E contrario in religione Mosaica spiritus, et littera non differunt, externa referuntur ad interna, finis ejus ultimus spectat terrena, nulla habetur ratio intellectus. Eapropter Mendelsohnus, cui procul dubio

Dogmatica Judaeorum nota fuit, jure optimo exigebat, ut omnis essentialis Judaismi immutatio ita solenniter, et supernaturaliter publicetur, sicut prima ejus promulgatio facta est in monte Sinai. Quantum vero edent clamorem Rabbini contra hos nulla legali potestate instructos novatores?

Hanc difficultatem declinaturi proponimus aliam viam.

Non tantum, quod intellectus fidelium ex scripto textu religionis excerpserit, sed etiam, quod saepius interpretatus est, illuminavit mentem sectariorum, et puritatem fidei. Alcoranus continet repugnantia, inquit Helvetius, quia ejus interpretes stupidi sunt. Ut religio Judaica, non habita ratione priorum loci, et temporis adjunctorum cum intellectu consentiat, ejus leges ad illum lapidem Lydium examinandae sunt, ad quem exegit jus Mosaicum Michaëlis. Distinguendus est Moyses qua legislator populi, nunc jam non existentis, a Moyse annunciante religionem naturalem, quam ille positiva munivit sanctione, quamve posterius ejus nationis hodie dum profitentur.

Quidquid spectat ad conservandam fidem in unum supremum Numen, contra regnantem tunc temporis opinionem de pluralitate Deorum, concernit religionem; Quod autem proxime respicit civilem populi administrationem, pertinet ad potestatem legislativam, potestque pro ratione circumstantiarum, uti omnes aliae positivae leges mu-

tari,
ligion
gnos
suilla
onen
nam
onis
brai
ad
mun
sept
sari
nav
hae
cun
Acc
pos
ma
eti
pri
ev

ga
ta
di

pr
ut
re
th
u
u
h

tari, et tolli. Circumcisio v. g. est res religionis, est enim signum foederis populi agnoscentis unum Deum. Abstinentia a carne suilla &c. nec quidem refertur ad constitutionem populi, sed potius ad legalem medicinam, habetque fundamentum in climate regionis, forte etiam in statu corporis populi hebraici, Sanctificatio diei septimae pertinet ad Religionem, esto fieri potuerit, ut communis veneratio Orientalium erga numerum septennarum, vel viribus humanis necessario concedenda quies hoc tempus determinaverit; At non pertinet ad religionem, ut haec sacra quietis dies celebretur die veneris cum Turcis, vel die solis cum Christianis; Accedit, a doctissimis etiam Rabbiniis vix posse comprobari, ut modo inducta hebdomas consentiat cum ante diluviana, forte etiam hominum reparator Noemus uno die prius, vel tardius excedit ex arca, uti hoc evenire solet mundi navigatoribus.

Multo minus difficultatis est in perpurandis Talmudis naevis, eadem est auctoritas Synedrii, si non major, quae interpretum divinorum librorum.

Quaestiones, quas nuperrime gubernium proposuit congregatis Judaeis, eo tendebant, ut eorum modus cogitandi detegatur; data responsa erant mature deliberata, et quidem theoretice vera, non tamen practice. Judaeus, qui qualibet hebdomade duabus diebus una libenter, altera autem invitus otiiatur huc non computando alios multos Christiano

rum dies festos, cogitur reliquum tempus cum foenore in suos usus convertere, secus comparate ad alios Christianos ad incitas redigetur, in subsidium virium physicarum adhibendus est dolus, ut ex inopia eluctetur. Ille non potest provinciam, in qua tantum toleratur, ut suam patriam considerare, et ideo suspiria, et oculos ad illam dirigit regionem, in cujus infelici defensione plus quam medianatio sine discrimine aetatis, et sexus gloriosam appetit mortem.

Membra Synedrii judaici oportet esse viros juvenili quidem zelo, sed antiqua sapientia praeditos, plenos tam philosophico, quam religioso spiritu, sanctitati suae vocationis, et obligationi erga alios respondentes, eruditos, ut scriptam legem explicent, perspicaces, ut eam legi sublimiori non scriptae subjiciant, sagaces, ut limites comprehendant rerum mutabilium, et immutabilium, ac denique eloquentes, ut haec omnia accurate proponant. Nolite existimare Magistri Israelis! vos rem magnam praestitisse, quod ritus imminueritis, nonnullos dies festos aboleveritis quaspian superstitiones sustuleritis. Ampliora a vobis desiderat genus humanum, dabit poenas, si prudentiorum expectationi non satisfeceritis, et in locum, ut obstacula perfectionis asseclarum vestrae religionis removeatis, eidem novos limites posueritis.

Neebus.

3. N
res
et D
arun
piaru
pete
hanc
jam
trax
pore
vit
suor
Sav
tium
nera
1.
De
ani
Ma
ner
lus
bun
sec
rier
tell
tin
co
Ma
su
1.
cer
ho

Vigesima sexta relatio bellica, Berolino
 3. Novembr. Nondum sumus redditi certiores de captis legionibus Generalis Blücher, et Ducis Vinariensis. Sequens est positio duarum divisionum hostilium, et nostrarum copiarum: Generalis Blücher cum suo agmine petebat Stetinum, verum inaudiens, urbem hanc jam esse in manibus nostris, nosque jam duarum dierum itinere praecessisse, retraxit se Gransia, quo etiam nos eodem tempore pervenimus, Strelitium, inde properavit Warenam, et Rostochium, ut milites suos navibus imponeret. Die 31. Generalis Savary cum 600 equitibus intravit Strelitium, ibique fratrem Reginae Borussiae, Generalem Borussicum captivum fecit. Die 1. Novembr. Magnus Dux Montanus erat Demmini, unde profectus est Rostochium animo Generali Blücher mare intercludendi. Mareschallus, Princeps de Ponte Corvo Generalem Blücher circumvenit. Hic Mareschallus die 31. cum suo exercitu movit Brandeburgo Warenam, ubi Generalem Blücher assecutus est. Agmen, quod duxit Dux Vinariensis, die 29. substiterat Strelitii, sed intellecto eo, quod jam non pateat aditus Stetinum, & excubiae galliae appropingvent concessit Witsstochium, quo cognito die 30. Mareschallus Sout Vertenhausam deduxit suas legiones, ubi Probabilius die 31. v. 1. Novembris cum eo confligit. Quare congere licet, duo haec agmina heri, vel certe hodie capta esse. Horum agminum sequens

est robur: Generalis Blücher habet 30 tormenta 7. peditum legiones, et 1500 equites, difficile tamen est exponere ejus fortitudinem, nam castrensem supellectilem, currus, et rem tormentariam jam prius amiserat. Res ejus pessimo sunt loco. Duci Viniariensi supersunt 12 legiones peditum, et 35 turmae equitum in bono statu, verum caret tormentis. Atque hae sunt debiles reliquiae ex toto Borussico exercitu. Proxime omnes capiuntur, et tunc potentia Borussica fere nullo sustentabitur milite. Id enim exaggeratum est, Regem cum 10 millibus fugisse versus Vistulam. Schulenburgius veniens Strelitium, petiit sibi dari Berolinum literas liberi commeatus, ferturque Generali Savary candide ista dixisse. Quam inexplicabile, et inopinatum fatum! sumus fulmine prostrati; Ex quo Imperator ad arenam descendit, nunquam quievit, sed concitato cursu hostem persequitur, cujus motus, et consilia semper praevenit; facta haec non habent exemplum in historia. Ex pluribus quam 150 millibus armatorum, qui praesentes erant in praelio ad Jenam, nec unus evasit, qui potuisset nuncium cladis perferre trans Oderam. Profecto nunquam fuit aggressio magis injusta, nunquam bellum ita praematurum. Utinam hoc exemplum documento esset parum firmis Principibus, quos factiones, atque aurum Anglicum ad vesana inducunt molimina.